



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Controversiarvm Omnivm Hvivs Ævi
Lvthero-Calvinisticarvm Libri Tres**

Coppenstein, Johann Andreas

Mogvntiæ, 1627

CXIV. An & Quæ sint Impedimenta Matrimonij?

urn:nbn:de:hbz:466:1-35233

obligatio ad legem, donec vel Lex abrogetur, vel coniux moriatur; ita morte Christi factum, & Lex mortua est, & homines in alium translati sunt statum, ceu mortui legi veteri.

Q V A E S T I O C X V .

An, & Quæ sunt Impedimenta Matrimonii?

V THERO - CALVINIANI promiscue, ex parte Consensus impedimenta matrimonium contractum Dirimentia admittunt tria, Erorem, Conditionem, Coactionem. Addunt Defectum consensus paterni. Ex parte Personæ, duo simpliciter. Impotentia reddendi debiti, & Ligamen; Duo non simpliciter admittunt, Cōsanguinitatem, & Affinitatem; sc. quoad Gradus in Leuitico designatos: cætera reiiciunt, ac damnant. Melanche, in Loci tit. de Cœugio. Lutherus serm. de Matrim. Duodecim causas in suo Iure effinxit Papa, quibus omnibus matrimonium vel disperget, vel impediatur: Quas tamen fere omnes & reticere, & condemnno.

A V T O R . Impedimenta sunt duplicita: 1. Impedientia; sed non Dirimentia; quæ aduerterantur Matrimonii, non Essentia, sed Solennitati, vel accidenti. Quæ sunt duo:

Ecclesia vetitum; nec non Tempus Feriatū, Impedientia; permittunt facta teneri
2. Impedientia & Dirimentia, quæ Essentialia Matrimonii aduersantur sic, vt cū iis nunquam sit verum matrimonium. Hinc contractum de facto, non de iure irritum redundat. Sunt ea XII.

Error, Condicio, Votū, Cognatio, Crimen, Cultus disparitas, Vis, Ordo, Ligamē, Honestas, Affinis, Si forte coire nequibus.

Hæc socianda vetant connubia; facta retrahant.

Essentialia autem matrimonii sunt tria, 1. Consensus, vt causa Efficiens qui ponit Intentionem: 2. Cum Signo expres-

sus, vt Formâ; quod tale est, qualis Consensus verus, aut fallax: 3. Inter Legitima Personas; quæ sunt Materia. Ex parte Consensus est Ignorantia personæ, vel conditionis, & Coactio. Ex parte Personæ, cetera accidunt omnia.

Porro nos de iis solum, quæ controuertunt Aduersarii.

Q V A E S T I O C X VI .

An Consensus parentum requiratur necessario ad Matrimonium Ratum?

V THERVS Seim. de Matr. Si ex Matrimonio ex consensu parentum contracto, sit nata prole, summa cito matrimonium. Si nondum sit nata, ut post state parentum erit confirmare vel irritare. 2. Erasmus in Dialogo de matr. Inscit parentibus contractum, si Natura sensus adprobat; nec Veterum le. 11. nec Alijs p[ro]fessi, nec Euangelica, aut Apolonica doctrina,

3. Bucerius in Mat. 19. optat reuocari lumen legis ciuiles, quæ vetet contractum parentibus. 4. Brentius in Catech. subiecta eo stare iudicio magistratus: quod sint causa in quibus consenserunt parentum nil opus sit & Kemnitius. CALVINVS. &c.

S VADENT istis, quæ collegit Kemnitius. Exam. pag. 1274. ex predictis. 1. Quia dominici quidam, vt Gropperus in Inst. Colon. affirmant requireri consensum. 2. Talis esse debet coniunctio, vt eius auctor esse Deus possit. Nam Mat. 19. Quod Deus coniunxit, &c. At Deus non est auctor illius, quod contractum præsumit contrahitur. Nam in quarto Decalogi invenimus liberi obediens parentibus: Id est, exponit Col. Fili obediens parentibus PER OMNIA. Prout id studi Relinquet homo patrem, &c. Et adiutoria vxori, intelligi debet de matrimonio consummato. Sic lex Dei Exo. 22. Deut. 22. Item Num. 30. Si puella quid voulit in sacerdotio patris, his irritare potest: ergo & sponsionem matrimonii Deniq[ue] Deus mediante precepto inter duos, sine quo Medio nulla est coniunctio. 3. Iura Ciuitatis irritant sic contracta: que ait in Ciuitatis & naturalis ratio suadet hoc fieri, in iustum, ut iussus parentum procedere debet. 4. Ius Canonicum sep[tem]b[re] iubet idem.

Av.

